

JOSEF PFAB

DE FACULTATE INTERPRETANDI
AUTHENTICE CONSTITUTIONES
CONGREGATIONIS SANCTISSIMI REDEMPTORIS

I. - In Actis Capituli Generalis XVII Congregationis Sanctissimi Redemptoris anno 1967 Romae celebrati¹ — prima sessionum periodo — bis sermo est de facultate authentice interpretandi Constitutiones eiusdem Congregationis, nempe p. 49, n. 14 B; p. 92, n. 5, prop. 7.

II. - Capitulum cum votatione de hac re in mente habuit, ut Constitutionibus renovatis expresse insereretur illa facultas, quae iam ab initio iure consuetudinario exercetur a Capitulis Generalibus Congregationis Sanctissimi Redemptoris.

III. - Quoad terminologiam advertendum est:

Ab initio Congregationis (1749) usque ad Capitulum Generale 1963: « Constitutiones et Regulae » significat textum a Sancta Sede approbatum (i.e. Regulam Pontificiam); « Constitutiones » significat textum a Capitulis Generalibus approbatum.

Capitulum Generale 1963 introduxit sequentem terminologiam: « Constitutiones » significat textum a Sancta Sede approbatum (i.e. Regulam Pontificiam); « Statuta Capitularia » significat textus a Capitulo Generali approbatos.

IV. - Capitulum Generale Congregationis Sanctissimi Redemptoris *ex legitima consuetudine Constitutionibus (i.e. Regulae Pontificiae) interpretationes authenticas addere potest*. Hoc probatur ex

¹ *Acta integra Capituli Generalis XVII Congregationis SS. Redemptoris, Romae celebrati 1967-1969, [Romae 1969].*

facto seu ex historia: Capitula Generalia nempe saepius tales interpretationes ediderunt.

Nota: Minime sane agitur de facultate exorbitante, quum plura alia Instituta religiosa hac facultate authentice interpretandi Constitutiones sine coarctatione polleant. Secundum Maroto (qui etiam fontes citat) inter alias Religiones enumerari possunt: Ordo Fratrum Minorum Observantium, Ordo Fratrum Discalceatorum B.M.V. de Monte Carmelo, Societas Iesu, Congregatio Clericorum Regularium S. Pauli seu Barnabitarum, Congregatio Missionariorum Filiorum Immaculati Cordis B.M.V.². Et addit Cardinalis Larraona insuper Congregationem Sacramentinorum et Pallotinorum³. Ideo facultas Capituli Generalis Congregationis Sanctissimi Redemptoris interpretandi authentice Constitutiones omnino non est extra vias vel exorbitans.

A. - *Regula Pontificia praecipit, ut Congregati operam impendant in iuvandis plebe ruri dispersa ideoque domus Congregationis extra habitationum centra stabiliantur.* Capitula Generalia vero hunc tex- tum interpretata sunt.

1. - *Textus Regulae Pontificiae.* Textus originarius « Constitutionum et Regularum » a Benedicto XIV. die 25 februarii 1749 approbatus: « I fratelli di questa Congregazione coll'autorità degli Ordinarj, a' quali vivran sempre soggetti, attenderanno in *aiutare la gente sparsa per la campagna e paesetti rurali*, più privi e destituti di spirituali soccorsi, con Missioni e con catechismi, e con spirituali esercizj. A tal fine *le loro case debbano stabilirsi, per quanto si potrà, fuori de' paesi*, in quella distanza per altro, che stimerassi più opportuna dagli Ordinarj dei luoghi e dal Rettore Maggiore; perché meno distratti ed impediti, attendano all'acquisto di quello spirito, ch'è tanto necessario negli operai evangelici, ed alla coltura della gente più abbandonata »⁴.

Nota: Textus « Constitutionum et Regularum » post promulgationem Codicis Iuris Canonici revisus et a S. Congregatione de Religiosis die 25 februarii 1922 denuo approbatus: « Huius Congregationis confratres auctoritate Ordinariorum, quibus salvo exemptionis Privilegio subjecti sem-

² Ph. MAROTO C.M.F., *Annotationes* al motu proprio del 15 IX 1917 che istituiva la Pontificia Commissione per l'interpretazione autentica del Codice, in *Commentarium pro religiosis* 1 (1920) 43-45.

³ A. LARRAONA C.M.F., *De iure quo Congregatio nostra regitur*, in *Commentarium pro religiosis* 6 (1925) 439.

⁴ *Codex Regularum et Constitutionum Congregationis SS. Redemptoris necnon Statutorum a Capitulis Generalibus annis 1764, 1855, 1894 editorum*, Romae 1896, p. 4. — Quaedam sententiarum partes in textibus Regularum et Constitutionum litteris inclinatis cuses sunt, quo modo auctor illas clarius proferre vult.

per erunt, *potissimum operam impendent in juvandis plebe ruri dispersa, vicensque spirituali succursu maxime privatis et destitutis, ope et Missionum, et catechesium, et spiritualium exercitiorum.* Quem in finem *domus eorum, quantum fieri poterit, extra habitationum centrum* (« fuori dei paesi »), et in ea caeterum distantia stabantur, quae Ordinariis locorum et Rectori Majori magis opportuna videbitur, ut minus distracti et impeniti, illi spiritui acquirendo incumbant, qui tantopere necessarius est operariis evangelicis et ad excolendum populum magis derelictum »⁵.

2. - Interpretationes a Capitulis Generalibus enuntiatae:

a. - *Capitulum Generale anni 1764* sequentem interpretationem dedit ad textum Regulæ Pontificiae, cum qua extendit facultatem praedicandi missiones etiam ad locos magnos et conspicuos: « *Regula nostra praecipit, ut non nostrae dumtaxat perfectioni operam demus, sed et praedicatione verbi Dei populum, praesertim eum, qui per pagos vicosque dispersus, spirituali succursu maxime destitutus est (atque hic est finis noster specificus) sanctissimis informare moribus allaboremus. Hoc tamen non impedit quominus in magnis quoque et conspicuis locis missiones habeantur: quamquam iis semper anteponenda sunt viculi et tuguria, quippe, quibus excolendis potissimum destinati sumus* »⁶.

b. - *Capitulum Generale anni 1855* insuper quoad missiones quandam praeferentiam videtur dare istis magnis locis: « *Et cum nostra praesertim aetate animae spirituali ope destitutae majori numero inveniri soleant in urbibus quam in pagis et viculis, perspicuum est fini Instituti consentaneum esse, ut in urbibus quoque domus judicio Superioris Generalis acceptentur et fundentur. Consonat praxis Sancti Alphonsi, qui et ipse domos extra habitationum centrum non omnino, sed solummodo quantum fieri poterit, fundari jubet* »⁷.

Nota: 1. - Textus iste, aliquantulum modificatus, invenitur in ultima editione « *Constitutionum et Regularum* » anni 1936, inter Constitutiones capitulares: « *Quod ad alterum finem spectat, quo ab omnibus aliis Ordinibus et Institutis religiosis, quae sunt in Ecclesia, secernimur, Regula praecipit, ut non nostrae dumtaxat perfectioni operam demus, sed et praedicatione verbi Dei populum, praesertim eum, qui per pagos vicosque dispersus, spirituali succursu maxime destitutus est (atque hic est finis noster specificus) sanctissimis informare moribus allaboremus. Hoc ta-*

⁵ *Constitutiones et Regulæ Congregationis Sacerdotum sub titulo SS. Redemptoris, Romae 1936*, p. 35.

⁶ *Codex Regularum* cit., n. 5, p. 31.

⁷ *Acta integra Capitulorum Generalium Congregationis SS. Redemptoris ab anno 1749 usque ad annum 1894 celebratorum, Romae 1899*, n. 993, p. 496.

⁸ *Constitutiones* cit., n. 5, pp. 71-72.

men non impedit, quominus in magnis quoque et conspicuis locis Missiones habeantur: quanquam iis semper anteponenda sunt viculi et tuguria, quippe quibus excolendis potissimum destinati sumus. Et cum nostra praesertim aetate, animae spirituali ope destitutae majori numero inveniri soleant in urbibus quam in pagis et viculis, perspicuum est fini Instituti consentaneum esse, ut in urbibus quoque domus, judicio Superioris Generalis, acceptentur et fundentur; nec contraria est Regula, quae domos extra habitationum centrum, non omnino, sed solummodo 'quantum fieri poterit', fundari iubet »⁸.

2. - Denique *Capitulum Generale anni 1963* totam istam materiam sequenti modo interpretatum est: « Pauperes, quibus iuvandis mittuntur nostri sodales, sunt homines auxilio Ecclesiae magis egentes. Ceteris paribus, homines humilis condicionis preeferantur. Nemo tamen praeteatur »⁹.

B. - *Regula Pontificia omnino prohibetur sumptus missionum a personis moralibus acceptare.*

1. - *Textus Regulae Pontificiae.* Textus originarius « Constitutionum et Regularum » a Benedicto XIV die 25 februarii 1749 approbatus: « Le Missioni dovranno farsi a proprie spese della Congregazione, né sarà mai permesso queste spese richiedere dalle università, o particolari; sol permettendosi da particolari riceverle, finché le case dell'Istituto non siano bastantemente provviste di rendite »¹⁰.

Nota: Textus « Constitutionum et Regularum » post promulgationem CIC revisus et a S.C. Rel. die 25 februarii 1922 denuo approbatus: « Missiones ipsius Congregationis sumptibus peragantur, neque liceat unquam sive a communitatibus, sive a privatis hos sumptus repetere. tantummodo permittitur eos a particularibus acceptare, quamdui domus Instituti sufficientibus redditibus provisae non fuerint »¹¹.

2. - *Interpretationes a Capitulis Generalibus ad textum Regulae Pontificiae enuntiate.* — *Capitulum Generale anni 1855* interpretationem extensivam dare non dubitavit, ita ut deinceps expensae refundi possent a non particularibus, seu a personis moralibus (« università »): « Quantum ad verbum Regulae: *tantummodo permittitur eos* (i.e. sumptus) *a particularibus acceptare*, Capitulum nemine discrepante decernit, Superiores in iis regionibus, ubi domus nostrae sufficientibus redditibus non sunt provisae, *ab aliis etiam quam a particularibus*

⁸ *Acta integra Capituli Generalis XVI Congregationis SS. Redemptoris Romae celebrati anno 1963*, Romae 1963, n. 1724, 3 C, p. 43.

¹⁰ *Codex Regularum* cit., n. I, p. 5.

¹¹ *Constitutiones* cit., n. I, p. 36.

acceptare posse ea, quae occasione Missionum aut aliorum exercitiorum libere et sponte ad sustentationem communitatum offeruntur »¹².

Nota: 1. - *Capitulum Generale anni 1921:* « In iis regionibus, ubi domus nostrae sufficientibus redditibus non sunt provisae, Superiores ab aliis etiam quam a particularibus acceptare possunt ea, quae, occasione Missionum aut aliorum Exercitiorum, libere et sponte ad sustentationem Communitatum offeruntur »¹³.

2. - *Capitulum Generale anni 1963:* « Ne Congregati opera sua apostolica turpis lucri gratia exercere videantur, tantummodo permittitur stipendia ab Ordinariis locorum statuta aliasve eleemosynas sponte oblatis acceptare »¹⁴.

C. - *Regula Pontificia praecipit, ut sodales semper plures ire debant ad missiones; usus vehiculorum solum per modum exceptionis permittitur.* Capitula Generalia hanc regulam interpretata sunt:

1. - *Textus Regulae Pontificiae.* Textus originarius « Constitutionum et Regularum » a Benedicto XIV, die 25 februarii 1749 approbatus: « Alle Missioni andranno sempre accompagnati, almeno due: sempre che possono a piedi, o al più a cavallo; sol per necessità permettendosi l'andare in calessi »¹⁵.

Nota: Textus « Constitutionum et Regularum » post promulgationem CIC revisus et a S. Sede (S. C. Rel.) die 25 februarii 1922 approbatus: « Ad Missiones semper plures ibunt, ad minimum duo, et semper in quantum possunt pedibus, vel ad summum equitando; cum solius necessitatis gratia vehiculorum usus permittatur »¹⁶.

2. - *A Capitulis Generalibus sequens interpretatio in hac materia data est:*

a. - *Capitulum Generale anni 1764* authentice interpretatum est quid significet « plures »: « 'Ad Missiones semper plures ibunt, ad minimum duo ', ut ait Regula. Si tamen Missiones parvae forent, aut e majori Missione aliquem in vicinum viculum mitti oporteret, tum si aliquis patrum solus proficiscitur, semper comes ei dabitur fratres serviens. Ne ipso quidem Missionis tempore soli exeant ad excipiendas infirmorum confessiones »¹⁷.

¹² *Acta integra Capitulorum* cit., n. 1006, p. 499.

¹³ *Constitutiones* cit., n. 63, p. 101.

¹⁴ *Acta integra Capituli Generalis XVI* cit., n. 1728, 4, pp. 49-50.

¹⁵ *Codex Regularum* cit., n. II, p. 5.

¹⁶ *Constitutiones* cit., n. II, p. 36.

¹⁷ *Codex Regularum* cit., n. 47, p. 48.

Nota: Capitulum Generale anni 1855 fere iisdem verbis, tamen quan-dam ulteriorem interpretationem addens, statuit: « 'Ad Missiones semper plures ibunt, ad minimum duo', ut ait Regula. Si tamen Missiones parvae forent aut e majori Missione aliquem in vicinum viculum mitti oportet, tum si aliquis Patrum solus proficiscitur, semper comes ei dabitur. Ne ipso quidem Missionis tempore soli exeant ad excipiendas infirmorum confessiones, nisi tamen in alterutro casu absoluta necessitas contrarium exigat »¹⁸.

b. - *Quoad usum vehicularum Capitulum Generale anni 1855* interpretationem extensivam large dedit: « 'Ad Missionem semper in quantum possunt exibunt pedibus', ut ait Regula, 'vel ad sum-mum equitando, cum solius necessitatis gratia vehicularum usus per-mittatur'; *necessitatem autem illam bodiedum generalem existere declarat Capitulum*, cum propter magnas distantias temporisque jactu-ram tum propter expensas maiores tum demum ob admirationem, quam equitando multis in regionibus excitarent. Jubentur tamen mis-sionarii, ut cum iter agunt aut locum, ubi Missio habenda est, ingre-diuntur, secundum spiritum Regulæ paupertatem, humilitatem et modestiam apostolicam p̄ae oculis semper habeant. Et quod hic de itu; etiam de reditu dictum esto. Quare nec domi habere licebit vehi-cula etiam ob alios usus, id enim expresse vetitum est »¹⁹.

Nota: 1. - Capitulum Generale anni 1921: « N. 71 sic in posterum le-gatur: 'Exeuntibus ad missiones vel domum redeuntibus *permittitur usus vehicularum*, cum necessitas, de qua loquitur Regula jam sit generalis. Jubentur tamen Missionarii, ut in itinere, secundum spiritum Regulæ, paupertatem, humilitatem et modestiam apostolicam semper p̄ae oculis habeant. Domi vero vehicula habere non licet nisi iis in locis, in quibus, judicio Provincialis, vera necessitas vehicula exposcat »²⁰.

2. - *Capitulum Generale anni 1936:* In Constitutionibus n. 64 et 65 invenitur ad verbum idem, quod iam a Capitulo Generali anni 1921 de hac re statutum est (cfr. supra nota 1)²¹.

3. - *Capitulum Generale anni 1963:* « In numero 9 'Ad missiones sem-per plures ibunt ad minimum duo, exceptis parvis missionibus' placuit Capitulo ut verba 'semper' et 'ad minimum duo' supprimerentur, quia inutilia »²². — « Ad numerum 15, placuit textus uti iacet et etiam placuit ut hic inseratur textus a Commissione de Ministerio paratus et in Sessio-

¹⁸ *Acta integra Capitulorum* cit., n. 1008, p. 499.

¹⁹ *Ibid.*, n. 1007, p. 499.

²⁰ *Acta integra Capituli Generalis XII Congregationis SS. Redemptoris Romae celebrati anno MCMXXI*, Romae 1922, n. 1530, p. 31.

²¹ *Constitutiones* cit., pp. 101-102.

²² *Acta integra Capituli Generalis XVI* cit., n. 1728, p. 48.

ne XX (n. 1727) iam approbatus: 'In omnibus suis itineribus Congregati in usu vehiculorum paupertatem religiosam servent' »²³.

D. - *A Regula Pontificia prohibitum est sodalibus, ne participant processionibus, ne habeant directionem religiosarum neque eis praedicent exercitia spiritualia, ne acceptent paroecias.* Capitula Generalia interpretata sunt has prohibitiones.

1. - *Textus Regulae Pontificiae.* Textus originarius « Constitutionum et Regularum » a Benedicto XIV die 25 februarii 1749 approbatus: « Perché un tal'esercizio di Missioni non si trascuri, e perché si attenda sempre da' soggetti al fine della loro vocazione, d'impiegarsi in ajuto delle anime più abbandonate, non ammettano occupazioni distrattive; non intervengano a processioni, o funzioni pubbliche; non tengano direzione di seminarj; né in comune né in particolare di monache, o di clausura, o di conservatorio; né diano a queste esercizj spirituali, permettendosi solamente in occasione di Missioni, o di altri esercizj, che dansi ne' luoghi, ove i monasteri son posti, o in altri vicini. E per l'istesso motivo si proibisce parimente l'aver cure, e il far quaresimali »²⁴.

Nota: Textus « Constitutionum et Regularum » post promulgationem CIC revisus et a S. C. Rel. die 25 februarii 1922 denuo approbatus: « Ne exercitium istud Missionum negligatur, utque subjectis suae vocationis scopus cordi sit, incumbendi auxilio animarum ope spirituali maxime destitutarum, ideo non admittant occupationes distractivas, non compareant in processionibus aut functionibus publicis; non habeant directionem seminariorum; nec in communi, nec in particulari Religiosarum, sive sint in clausura sive in conservatoriis; nec istis tradant exercitia spiritualia, cum hoc solummodo permittatur occasione Missionum, aut aliorum exercitorum, quae fiunt in locis, in quibus, vel in quorum vicinia, talia monastria existunt. Eadem ex ratione pariter prohibetur, parochias et conciones quadragesimales habere »²⁵.

2. - *Interpretationes quas dederunt Capitula Generalia:*

a. - *Iam Capitulum Generale anni 1764 quoad Moniales interpretatum est:* « Quamvis Regula vetet, ne nostri sint monacharum moderatores, earumve exercitiis spiritualibus praesint, nisi eodem tempore aliud exercitium cum populo habeatur, eademve instituenda essent non longe, id est, duobus tribusve miliaribus ab iis locis, in

²³ *Ibid.*, n. 1732, p. 56.

²⁴ *Codex Regularum* cit., n. V, p. 6.

²⁵ *Constitutiones* cit., n. V, p. 37.

quibus, Missionibus aliisve exercitiis vacant, aut nisi Episcopus loci, ubi extat domus, id juberet, *attamen Capitulum, ob varia momenta rite perpensa, excipiendas putavit monachas Sanctissimi Redemptoris, quae vivunt in civitate Scala.* Quare cum iisdem exercitia spiritualia instituere licebit, tametsi non habeantur cum populo, earumque privatim, at non communiter, esse conscientiae moderatores »²⁶.

b. - *Ulteriorem interpretationem quoad Moniales dedit Capitulum Generale anni 1785:* « Esaminando il Capitolo il punto quinto del capitolo primo, parte prima della Regola, ha dichiarato che essa non intende proibire la direzione spirituale delle monache, ma la sola direzione temporale e l'esercizio di confessario ordinario de' monasterii. In quanto agli esercizi spirituali ha dichiarato, et quatenus opus ha dispensato il medesimo Capitolo, che sempre che saranno da' Vescovi, o dagli Ordinarii de' monasterii richiesti i nostri, possano dare ad essi monasterii gli esercizi spirituali »²⁷.

c. - *Iam idem Capitulum Generale 1785 dedit quandam interpretationem quoad acceptationem paroeciarum et praedicationum quadragesimalium:* « E per lo stesso motivo si proibisce parimenti l'aver Cure, e fare Quaresimali come sopra; si è stimato aggiungere: Se pure in qualche caso altrimenti non giudicasse il Superiore Gnle; come sarebbe, richiesto da qualche fondazione che avesse cura anessa, ed impegnato da qualche Personaggio di riguardo per qualche Quaresimale, come è succeduto alle volte »²⁸.

d. - *Quoad Moniales dixit Capitulum anni 1793:* « Si permette soltanto di dare qualche fatta di esercizi spirituali alle monache, anche fuori dell'occasione di Missioni, o di altri esercizj nel paese ove quelle dimorano, ma per comando espresso del Vescovo diocesano, o del Rettore Maggiore che ne conosceranno un preciso bisogno »²⁹.

e. - *Capitulum Generale anni 1855 ad totam materiam sequentem interpretationem dedit:*

« 3. - Quod Processiones spectat, Capitulum nemine discrepante decernit, Regulam de iis processionibus intelligendam esse, quibus Communitas *in corpore* interesset; propterea, quod Provincias transalpinas attinet cum ex una parte Processiones in iis extra festum Cor-

²⁶ *Codex Regularum* cit., n. 154, p. 91.

²⁷ *Acta integra Capitulorum* cit., n. 151, p. 67.

²⁸ *Ibid.*, n. 175, p. 72.

²⁹ *Ibid.*, n. 338, 25, p. 129.

poris Christi, S. Marci, et dies Rogationum rarissime habeantur, ex altera vero universus clerus tam regularis quam saecularis iis intervenire soleat, ac sine gravi scandalo ab iis abesse nequeat: statuit Capitulum, posse Communitates transalpinas, praevia respectivorum Provincialium dispensatione, in processionibus comparere.

4. - *De directione Monialium* statuit:

I. Intelligi hic moniales quascumque; cum Regula non tantum moniales, quae in clausura, sed etiam quae in conservatoriis vivunt, nominet.

II. Nostros non esse posse directores vel confessarios sive ordinarios, sive extraordinarios monialium; idem autem Capitulum Generale, nemine discrepante declaravit, pertinere juxta Regulam ad Superiorum Generalem, dispensare quoad munus confessarii extraordinarii monialium in singulis casibus, si hoc necessarium judicat, et ipsi soli hanc facultatem dispensandi reservari. Decretum quoque fuit, (eamdem dispensationem requiri ad suscipiendum munus confessarii ordinarii monialium; eam vero praeterquam in casu specialissimo dandam non esse); requiri tamen licentiam Provincialis, dum agitur de munere confessarii sive extraordinarii sive ordinarii monialium, quae inveniuntur in stationibus Missionum, in quibus Nostri curam habent animarum.

NB. Verba hic in parenthesi posita, scilicet 'eamdem dispensationem requiri ad suscipiendum munus confessarii ordinarii monialium; eam vero praeterquam in casu specialissimo dandam non esse' in ipso corpore Constitutionum non sunt ponenda, ex decisione Capituli Gen. in Sess. 14 Julii 1855. Attamen in eadem Sessione declaratum est, in actis Capituli dicendum esse: 'dispensationem Rectoris Majoris requiri ad suscipiendum munus confessarii ordinarii monialium, eam vero praeterquam in casu specialissimo dandam non esse'. Verbum sequens *tamen* in textu Constitutionis deletum (*deletum*) est.

III. Licere pariter Nostris religiosarum confessiones excipere, cum hae confitendi gratia ad nostras ecclesias accedunt.

IV. - Posse etiam Nostros in ipsis religiosarum domibus, sed in casibus tantum particularibus, illarum confessiones excipere.

V. Demum nullo modo per Regulam prohiberi Patres, quomodo confessiones excipient puerorum vel puellarum, in domibus educationis degentium; ut vero aliquis ex Nostris huiusmodi puerorum

vel puellarum ordinarius possit esse confessarius, aut instructor necessaria erit licentia Provincialis, quam tamen Provincialis non dabit nisi liberum sit mutare subjectos huic officio destinandos.

5. - *De Exercitiis Monialibus tradendis*, Capitulum decernit licere Nostris onus ea tradendi in se suscipere, etiamsi in locis, ubi moniales existunt vel in eorum vicinia Missio vel aliud exercitium publicum non habeatur. Atque in hoc decernendo, Capitulum impri- mis prae oculis habet conditionem Provinciarum transalpinarum; ibi enim vix fieri potest nec in usu est ut occasione Missionum monialibus speciatim exercitia tradantur; praeterea pauci plerumque sacerdo- tes his tradendis apti aut prompti ibidem inveniuntur, et saepius haec exercitia ab episcopis postulantur, quo casu Constitutiones anni 1764 exercitia monialium etiam extra tempus Missionum permittunt.

6. - Quoad parochias Capitulum declaravit: *verbo 'parochia' non intelligi sic dictas stationes Missionum, quibus cura animarum annexa est*; exoptandum tamen, ut in posterum hujusmodi stationes Missionum in Europa nonnisi rarissime acceptentur; judicio autem Superioris Generalis relinqui, quid in singulis casibus hac ratione op- portunum vel necessarium sit.

7. - Quod conciones attinet, quae per *Quadragesimam* haben- tur, vel in ecclesiis nostris vel in locis, ubi domus nostra exstant, vel demum a duobus tribusve patribus in locis, ubi nulla nostrarum domuum existit, Capitulum declarat, eas non comprehendendas esse concionibus quadragesimalibus, de quibus in Regulis; praecipit ta- men, ut in his etiam concionibus Nostri simplicitatem Apostolicam sectentur et de veritatibus tractent, quae ad instructionem et conver- sionem peccatorum pertinent; quoad alias autem soli Patri Generali reservat facultatem dispensandi. Casu autem, quo res moram non patitur, Provincialis, auditis suis Consultoribus, dispensare poterit »³⁰.

f. - *Capitulum Generale anni 1921 statuit quoad paroecias:*

« 'Ad paroecias quod attinet, standum est Regulae, ideoque ordinarie non acceptentur, nisi quando earum acceptatio est, juxta judicium Rectoris Majoris, medium necessarium ad finem nostrum principalem obtinendum'. Placuit Capitulo supradictum Postulatum quinquaginta octo suffragiis contra undeviginti adversa ». — Et insu- per statuit: « Quoad paroecias notandum verbo 'paroecia' non intelligi sic dictas stationes Missionum quibus cura animarum annexa est, vel

³⁰ *Ibid.*, nn. 1034-1038, pp. 509-510.

quasi-paroecias in regionibus Congregationi de Propaganda Fide subjectis »³¹.

Quoad conciones *Quadragesimales* decrevit idem Capitulum Generale anni 1921: « Conciones quadragesimales, quas Regula interdicit, illae sunt quae ab uno Patre quotidie aut fere quotidie habentur, ita ut per totum tempus quadragesimale extra domum versari debeat. Soli Superiori Generali competit facultas quoad has dispensandi. Casu autem, quo res moram non patitur, Provincialis, auditis suis Consultoribus, dispensare poterit »³².

g. - *Capitulum Generale anni 1936* confirmavit antecedentes interpretationes in hac materia datas. Insuper addidit novam interpretationem relate ad quandam casum concretum, nempe: « Relata expositione de ministerio nostro apostolico in Bolivia, Rev.mus Pater Rector Major declaravit ibi paroecias extensionis maxime, non quidem in urbibus, sed ruri in provinciis ope spirituali summopere destitutis, aequiparandas esse Stationibus Missionum in sensu Const. 144 et ideo admitti, ea tamen lege ut Patres, sex aut octo, non dispersi per regionem vivant, sed in vera Communitate, quae sit velut centrum provinciae evangelizandae »³³.

Constitutiones vero Capitulares anni 1936 de hac materia dicunt:

141. Quod ad *Processiones* spectat, Regula de iis Processionibus intelligenda est, quibus Communitas in corpore intersit oportet. In iis porro Processionibus in quibus universus clerus tam saecularis quam regularis interest, ita ut sine gravi scandalo nostri abesse nequeant, Communitates nostrae, cum praevia suorum quaeque Provincialium dispensatione, comparere possunt.

142. De *directione religiosarum* haec statuta sunt:

I. Nostri esse non possunt Directores vel Confessarii sive ordinarii sive extraordinarii Religiosarum. Pertinet autem ad Superiores Majores dispensare quoad munus Confessarii extraordinarii Religiosarum in singulis casibus, si hoc necessarium judicant. Dum agitur de munere Confessarii sive extraordinarii sive ordinarii Religio-

³¹ *Acta integra Capituli Generalis XII* cit., n. 1529, p. 31.

³² *Ibid.*, n. 1550, p. 61.

³³ *Acta integra Capituli Generalis XIII Congregationis SS. Redemptoris Romae celebrati anno 1936*, Romae 1936, n. 1602, p. 23.

sarum, quae inveniuntur in stationibus Missionum, in quibus Nostri curam habent animarum, requiritur licentia Provincialis.

II. Possunt Nostri in ipsis Religiosarum domibus, sed in casibus tantum particularibus, illarum confessiones excipere.

III. Demum nullo modo per Regulam prohibentur Patres, quominus confessiones excipiunt puerorum vel puellarum in domibus educationis degentium. Ut vero aliquis ex nostris ejusmodi puerorum vel puellarum ordinarius possit esse Confessarius aut Instructor, necessaria erit licentia Provincialis, quam tamen Provincialis non dabit nisi liberum sit mutare Subjectos huic officio destinandos.

143. Quod ad *Exercitia Religiosarum* spectat, licet Nostris onus ea tradendi in se suscipere, etiamsi in locis, ubi Religiosae degunt vel in eorum vicinia, Missio vel aliud exercitium publicum non habeatur. Vix enim fieri potest, nec in usu est, ut occasione Missionum Religiosis mulieribus seorsum Exercitia tradantur; praeterea pauci plerumque sacerdotes his tradendis apti aut prompti ibidem inveniuntur; et saepe saepius haec Exercitia ab Episcopis postulantur: quo casu Constitutiones anni 1764 Exercitia Religiosarum etiam extra tempus Missionum permittunt.

144. De *Paroeciis* notandum est, verbo 'paroecia' non intelligi sic dictas stationes Missionum cum cura animarum annexa, neque quasi-paroecias in regionibus Congregationi de Propaganda Fide subjectis. Ad paroecias autem quod attinet, standum est Regulae, ideoque eae ordinarie non acceptentur, nisi quando earum acceptatio est, judicio Rectoris Majoris, medium necessarium ad finem nostrum principalem obtinendum. De modo agendi Congregatorum ministerio parochiali addictorum providebitur per Statuta provincialia.

145. *Conciones quadragesimales*, quas Regula interdicit, illae sunt, quae ab uno Patre quotidie aut fere quotidie habentur, ita ut per totum tempus quadragesimale extra domum versari debeat. Soli Superiori Generali competit facultas quoad has dispensandi. Ubi vero res moram non patitur, Provincialis, auditis suis Consultoribus, dispensare poterit. Praecipitur autem, ut in omnibus Concionibus quadragesimalibus Nostri simplicitatem apostolicam sectentur et de veritatis tractent, quae ad instructionem et conversionem peccatorum pertinent »³⁴.

³⁴ *Constitutiones* cit., pp. 134-136.

Nota: Capitulum Generale anni 1963 approbavit quoad paroecias tex-tum sequentem: « Paroeciae, ob speciales circumstantias et Superiore Ge-nerali consentiente, acceptare licet; illisque Congregati spiritu missionario incumbent »³⁵.

E. - *Quoad sacramentum poenitentiae, non-sacerdotibus praeci-pit Regula Pontifica, ut bis in hebdomada recipient hoc sacramentum.* Hanc legem interpretata sunt Capitula Generalia.

1. - *Textus Regulae Pontificiae.* Textus originarius « Constitutionum et Regularum » a Benedicto XIV, die 25 februarii 1749 approbatus: « Quei che non saranno Sacerdoti, si comunicheranno tutte le feste di prechetto, et il mercoledì e venerdì di ogni settimana, e due volte in ogni settimana si confesseranno »³⁶.

Nota: Textus « Constitutionum et Regularum » post promulgationem CIC revisus et a S.C. Rel. die 25 februarii 1922 denuo approbatus: « Qui non sunt sacerdotes, communicabunt saltem omnibus festis de praecepto, et feria quarta et sexta cujusvis septimanae et bis per hebdomadam con-fitebuntur »³⁷.

2. - *Interpretationes a Capitulis Generalibus datae:*

a. - *Capitulum Generale anni 1855:* « At cum Fratres, tum Studentes, si, bis per hebdomadam, revera non reperiant, quod con-fiteantur, Regulae satisfacient, si coram Confessario se sistant, dicen-do: Pater, nil mihi nunc in mentem venit. Sed certe semel coram Sacerdote comparere debent, ut absolutionem ab illo, aut saltem be-nedictionem accipient »³⁸.

b. - *Capitulum Generale anni 1936:* « Studentes confitebuntur apud Confessarios pro ipsis deputatos. Fratres laici autem, tametsi Praefecti curae modo peculiari commissi sint, apud quemvis Confes-sarium pro Patribus approbatum confiteri possunt. At cum Fratres tum Studentes, si bis per hebdomadam revera non reperiant, quod confiteantur, Regulae satisfacient, si coram Confessario se sistant, di-cendo: Pater, nil mihi nunc in mentem venit. Sed certe semel coram Sacerdote comparere debent, ut absolutionem ab illo accipient... Quae hic in Regula de *Communionibus* certis diebus affixis reperiuntur, vim dumtaxat directivam habent (can. 595, § 4) »³⁹.

³⁵ *Acta integra Capituli Generalis XVI* cit., n. 1728, p. 49.

³⁶ *Codex Regularum* cit., n. II, p. 11.

³⁷ *Constitutiones* cit., n. II, p. 44.

³⁸ *Acta integra Capitulorum* cit., n. 722, p. 360.

³⁹ *Constitutiones* cit., nn. 352-353, pp. 236-237.

F. - *Regula Pontificia praecipit: Novitiatus Fratrum laicorum durat duos annos integros.* Interpretationes dantur a Capitulis Generalibus in hac materia.

1. - *Textus Regulae Pontificiae.* Textus originarius Regulae Pontificiae, a Summo Pontifice Benedicto XIV. anno 1749 approbatu: « Fatti per quindici giorni gli esercizi spirituali, saranno ammessi al noviziato; dove un anno i chierici, due i fratelli servienti, è almeno sei mesi i sacerdoti di età matura, se così stimerà il Rettore Maggiore, sotto la cura di un maestro di novizj attenderanno all'acquisto delle virtù più proprie alla loro vocazione »⁴⁰.

Nota: Textus « Constitutionum et Regularum » post promulgationem CIC revisus et a S. C. Rel. die 25 februarii 1922 denuo approbatus: « ...in novitiatum admittentur; in quo choristae per annum integrum, per duos annos fratres servientes, sub cura magistri novitiorum studebunt... »⁴¹.

2. - *Interpretationes a Capitulis Generalibus datae:*

a. - Iam *Capitulum Generale anni 1749* quandam interpretationem dedit: « Che i Fratelli Laici prima di entrare nel noviziato debbano provarsi un anno, tenendoli nella Congregazione a servire con le loro vesti di secolare, e che debbano poi fare duo anni di noviziato, nel secondo dei quali debbano stare nella Casa di Noviziato sotto la direzione del Maestro dei Novizi »⁴².

b. - *Capitulum Generale anni 1793:*

« Se il Padre Rettore Maggiore l'accetterà, si manderà nella Casa del Noviziato, ove dimorerà per mesi sei colle proprie vesti, dopo i quali con il permesso di detto P. Rettore Maggiore si vestirà della veste della Congregazione; ed uscendo dal luogo del Noviziato anderà a quella Casa, che gli sarà destinata sotto la cura speciale del Prefetto dei Fratelli »⁴³. « In questo frattempo ogni sei mesi si radunerà il Capitolo della Casa, dove dimora il detto Fratello, e facendosi lo scrutinio dei suoi portamenti, tutto *in scriptis* sarà riferito come sopra al Rettore Maggiore, da cui si attenderà la risoluzione, se vuole, che si mandi dopo compito l'anno, a fare gli altri sei mesi di Noviziato chiuso, e così terminati gli anni due del Noviziato pre-

⁴⁰ *Codex Regularum* cit., pp. 22-23.

⁴¹ *Constitutiones* cit., n. III, p. 56.

⁴² *Acta integra Capitularum* cit., n. 15, p. 9.

⁴³ *Ibid.*, n. 323, p. 123.

scritto dalla Regola possa ammettersi alla professione »⁴⁴.

« Non si ammetta per Fratello serviente chi non abbia almeno anni 18 di età e sia di abilità. Giudicandosi degni di ammettersi alla vestizione, si manderanno nella Casa del Noviziato, ove staranno sei mesi sotto la disciplina esatta del Maestro de' Novizj per apprendere le sante virtù e lo spirito dell'Istituto. Pagheranno per Vestiaro, ed alimenti dell'anno del Noviziato »⁴⁵. « Terminati i detti sei mesi di Noviziato si vestirà, e si manderà in quella casa, ove sarà destinato, ed ivi starà per un altro anno, sotto la cura del Prefetto spirituale de' Fratelli servienti, che dovrà regolarlo circa lo Spirito, e indi tornerà al Noviziato per altri sei mesi, e così compire i due anni di Noviziato giusta la Regola, e frattanto esercitarsi in detto tempo in quei impieghi destinatigli dal Rettore o Ministro »⁴⁶.

c. - *Capitulum Generale anni 1855 interpretatum est:*

« Post susceptionem Frater laicus primum in domo quadam Provinciae per aliquod tempus iuxta arbitrium Provincialis in veste saeculari laboribus sibi convenientibus occupabitur, et dein in Novitiatum mittetur, ut primam sui tirocinii partem per semestre absolvat. Prius autem, quam veste Congregationis induatur, exercitia spiritualia, more aliorum Candidatorum obibit, et confessionem generalem, si indigeat, apud Patrem, qui sibi magis placuerit instituet »⁴⁷. « Per sex illos menses Magister eum, ut Choristas, ad omnes actus communes spirituales admittet; et per reliquum tempus, quod Novitii exercitiis manualibus in silentio animique recollectione impendere debent, ipsum non una cum ceteris Fratribus, sed semper, in quantum fieri potest, seorsim iis vacare jubebit, ut omnis distractionis vitetur occasio »⁴⁸.

« Absoluto priori tirocinii semestri in aliquam domum mittetur, ubi sub Rectore domus omnia Fratrum professorum exercitia per annum saltem peraget. Denique, cum Provinciali bene visum fuerit, ultimum probationis suaे semestre sub Magistro Novitiorum complebit; ut eo peracto cum consensu Rectoris Majoris ad oblationem admittatur. Prius autem, quam Novitiatum per ultimum semestre ingrediatur, Rector illius domus, in qua commoratus fuit, cum Consulitoribus suis Provinciali accurate bonas et malas Fratris qualitates ex-

⁴⁴ *Ibid.*, n. 324, p. 123.

⁴⁵ *Ibid.*, n. 418, pp. 159-160.

⁴⁶ *Ibid.*, n. 419, p. 160.

⁴⁷ *Ibid.*, n. 1224, 2, p. 595.

⁴⁸ *Ibid.*, n. 1224, 3, p. 595.

ponet, simulque adjunget, quid coram Deo in alterutram partem sentiat; ut scilicet Provincialis Rectorem Majorem sufficienter instruere possit, cum semper in hujus arbitrio et potestate sit, ipsum ad vota admittere, vel dimittere »⁴⁹.

d. - *Capitulum Generale anni 1909:*

« ...de Fratribus servientibus hoc postulatum ratum habuit et approbatum, nimirum:

1. Ut Fratres servientes, post debitum tempus postulationis, per annum integrum versentur in novitiatu sub cura Magistri.

2. Ne per hunc annum otio torpescant, ita eorum exercitia pietatis temperentur, ut simul labori religioso assuefiant.

3. Ut, anno praeterlapso, collocari possint in aliis Communatibus sub cura spirituali vigilantis Praefecti.

4. Ut tandem, antequam vota profiteantur, iterum sex menses sub cura magistri in novitiatu transigant »⁵⁰.

e. - *Capitulum Generale anni 1921:*

Capitulum Generale illius anni statuit: « Duo sunt pro Fratribus laicis Novitiatum perficiendi modi, inter quos Provinciales illum qui magis expedit eligere possunt. *Primus modus* innititur ipsi Textui Regulae, scilicet: Fratres per duos annos in Novitiatu versentur, quibus elapsis vota temporaria nuncupabunt; deinde tribus aut pluribus annis interjectis, post exercitia spiritualia ad professionem perpetuam admitti poterunt. *Alter modus, magis consentaneus consuetudinibus nostris*, cum dispensatione Rev.mi Patris Generalis, consistit in hoc, ut Fratres post annum integrum Novitiatus ad professionem temporariam admitti queant. Post tres aut plures annos in votis temporariis transactos, sex menses Recollectionis ad instar secundi Novitiatus habebunt, antequam ad professionem perpetuam admittantur »⁵¹.

f. - *Capitulum Generale anni 1936:* « Quod ad durationem Novitiatus Fratrum laicorum attinet, standum est Const. n. 1162, ob usum ab initio Congregationis servatum »⁵².

⁴⁹ *Ibid.*, n. 1224, 4, p. 595.

⁵⁰ *Acta integra Capituli Generalis XI Congregationis SS. Redemptoris Romae celebrati anno 1909*, Romae 1909, n. 1492, p. 39.

⁵¹ *Acta integra Capituli Generalis XII* cit., n. 1548, p. 59.

⁵² *Acta integra Capituli Generalis XIII* cit., n. 1597, p. 19.

Constitutio (capitularis) n. 1162: «Duo sunt pro Fratribus laicis Novitiatum perficiendi modi, inter quos Provinciales illum, qui magis expediat, eligere possunt:

I. Primus modus innititur ipsi Textui Regulae, scilicet: Fratres per duos annos in Novitiatu versantur, quibus elapsis vota tempora nuncupabunt, deinde tribus, vel ad summum sex annis interjectis, post Exercitia spiritualia ad professionem perpetuam admitti poterunt.
 II. Alter modus, consuetudinibus nostris magis consentaneus, in hoc consistit ut, praevia dispensatione Rectoris Majoris, Fratres post annum integrum Novitiatus ad professionem temporariam admittantur. Tum vero, elapso in votis temporariis triennio, vel ad summum sexennio, ipsi quoque admitti poterunt ad professionem perpetuam, cui tamen praemittatur semestris recollectio ad instar secundi Novitiatus et, si fieri potest, in ipsa domo Novitiatus »⁵³.

G. - *Regula Pontificia declarat recreationem communem post prandium et post coenam esse unam horam.* Capitula vero Generalia hunc textum interpretata sunt.

1. - *Textus Regulae Pontificiae.* Textus originarius «Constitutionum et Regularum» a Benedicto XIV. die 25 februarii 1749 approbatus: «Perché non siano questi operarj molto indiscreti nell'affligere i loro corpi, dovranno tutti prendersi le ricreazioni assegnate, che saranno un'ora ordinariamente dopo pranzo, ed un'ora dopo cena, convenendo tutti in un medesimo luogo»⁵⁴.

Nota: Textus «Constitutionum et Regularum» post promulgationem CIC revisus et a S. C. Rel. die 25 februarii 1922 denuo approbatus: «Ne operarii isti in castigando corpore multum indiscreti sint, omnes recreationibus assignatis uti tenebuntur; quas constituunt una hora regulariter post prandium, et una hora post coenam, omnibus in unum eundemque locum convenientibus»⁵⁵.

2. - *Interpretationes a Capitulis Generalibus enuntiatae:*

a. - *Capitulum Generale anni 1921* sequentem interpretationem dedit ad textum Regulae Pontificiae, praeprimis quoad recreationem post coenam: «Recreatio vespertina cum coena durare potest per unam horam cum quadrante; recreatio pomeridiana vero cum prandio duret per unam horam cum dimidia»⁵⁶.

⁵³ *Constitutiones* cit., p. 523.

⁵⁴ *Codex Regularum* cit., p. 14.

⁵⁵ *Constitutiones* cit., p. 47.

⁵⁶ *Acta integra Capituli Generalis XII* cit., n. 1547, p. 58.

b. - *Capitulum Generale anni 1947* censuit *Capitulum Generale anni 1921* in hac re veram interpretationem Regulae Pontificiae dedisse⁵⁷.

c. - *Capitulum 1954 ad rem declaravit*: « Relinquitur Rectori Maiori ut, pro sua prudentia in casibus particularibus, facultatem concedat partem recreationis « ad libitum » declarandi, ad experimentum usque ad proximum *Capitulum Generale* »⁵⁸. — *Idem Capitulum Generale* declaravit: « Item, ut in calidioribus regionibus liceat recreationem post prandium abbreviare vel immo supprimere et longiorem concedere post coenam: Res relinquitur auctoritati Superioris Provincialis vel Vice-Provincialis »⁵⁹.

H. - *Superiores Provinciales dispensare possunt integrum aliquam communitatem; ita conceditur a Regula Pontificia*. Hanc facultatem interpretata sunt *Capitula Generalia*.

1. - *Textus Regulae Pontificiae*. Textus « Constitutionum et Regularum » post promulgationem CIC revisus et a S.C.Rel. die 25 februarii 1922 approbatus: « Item Provinciales, *auditis suis consultoribus, integrum aliquam Communitatem dispensare poterunt in casu necessitatis qui moram non patitur; cujus rei Superior Generalis statim certior faciendus est* »⁶⁰.

2. - *Interpretationes a Capitulis Generalibus enuntiatae*:

a. - *Constitutiones Capitulares anni 1936* de hac materia dicunt: « Sicut Rectores locales cum suis Consultoribus, necessitate cogente, a Regulis et Constitutionibus dispensare possunt, ita eo magis *Superiores Provinciales*, qui in necessitate urgente, quae moram non patitur, *etiam totam suam Provinciam dispensare poterunt* »⁶¹.

b. - *Idem Capitulum Generale* — quoad condicionem « auditis suis consultoribus » a Regula Pontificia impositam — statuit: « Quoad facultatem Superioris in concedendis dispensationibus in aliquo puncto Constitutionum (Const. 938 et 1322) declaratum est: « Si dispensatio conceditur ad modum actus transeuntis, cum aliqua tamen latitu-

⁵⁷ *Acta integra Capituli Generalis XIV Congregationis SS. Redemptoris Romae celebrati anno 1947*, Romae 1948, n. 1647, p. 34.

⁵⁸ *Acta integra Capituli Generalis XV Congregationis SS. Redemptoris Romae celebrati anno 1954*, Romae 1954, n. 1685, p. 29.

⁵⁹ *Ibid.*, n. 1689, p. 32.

⁶⁰ *Constitutiones* cit., p. 57.

⁶¹ *Ibid.*, n. 1322, p. 571.

dine sumpti, non indiget Superior voto Consultorum; si autem agitur de dispensatione longioris durationis, tunc indiget eorum voto »⁶².

J. - *Inter qualitates requisitas in eo, qui Rector Major eligendus est, enumeratur exercitium Missionum.* Capitula autem Generalia dederunt interpretationem.

1. - *Textus Regulae Pontificiae.* « ...né potrà eleggersi in Rettore Maggiore che... oltre l'esercizio delle Missioni, non avrà esercitata la carica di Rettore locale, o consultore »⁶³.

Nota: Textus « Constitutionum et Regularum » post promulgationem CIC revisus et a S. C. Rel. die 25 februarii 1922 denuo approbatus: « nec poterit in Rectorem Maiorem eligi, qui non... praeter exercitium Missionum munus Provincialis, vel Rectoris localis vel consultoris gesserit »⁶⁴.

2. - *Interpretationes a Capitulis Generalibus enuntiate.* — *Capitulum Generale anni 1855:* « Cum Regula dicat, neminem in Rectorem Majorem eligi posse, qui non praeter exercitium Missionum munus Rectoris localis vel Consultoris gesserit, Capitulum declarat in iis locis, ubi *Missiones in stricto sensu haberi nequeunt, sub Missionibus omnia illa ministeria Instituto nostro propria esse intelligenda, quae secundum locorum consuetudinem in singulis Provinciis a Congregatis exerceri possunt* »⁶⁵.

Nota: *Constitutiones Capitulares 1936* repetunt: « Cum Regula dicat neminem in Rectorem Majorem eligi posse, qui non 'praeter exercitium Missionum, munus Provincialis, vel Rectoris localis vel Consultoris gesserit'; statutum est: in iis locis, ubi *Missiones in stricto sensu haberi nequeunt, sub Missionibus omnia illa ministeria Instituto nostro propria esse intelligenda, quae secundum locorum adjuncta in singulis Provinciis a Congregatis exerceri possunt et exercentur* »⁶⁶.

K. - *Regula Pontificia prohibet sodalibus mendicationem.*

1. - *Textus Regulae Pontificiae.* Textus originarius « Constitutionum et Regularum » a Benedicto XIV die 25 februarii 1749 approbatus: « In qualunque caso di bisogno, non sia mai lecito il mendicare; attenderanno bensì dalla divina provvidenza il soccorso; sarà

⁶² *Acta integra Capituli Generalis XIII* cit., n. 1618, p. 35.

⁶³ *Codex Regularum* cit., p. 16.

⁶⁴ *Constitutiones* cit., p. 48.

⁶⁵ *Acta integra Capitulorum* cit., n. 1131, p. 552.

⁶⁶ *Constitutiones* cit., n. 546, p. 307.

lecito solamente, essendo grave la necessità, scoprirsì a qualche loro benefattore »⁶⁷.

Nota: Textus « Constitutionum et Regularum » post promulgationem CIC revisus et a S. R. Rel. die 25 februarii 1922 denuo approbat: « In quocumque necessitatis casu licitum nunquam esto mendicare, sed a divina providentia succursum sperent; in gravi tantummodo necessitate, permittitur alicui suorum benefactorum sese aperire »⁶⁸.

2. - *Interpretationes a Capitulis Generalibus enuntiate:*

Sequentes decisiones Capitulorum Generalium supponunt quandam mendicationem proprie dictam ob deficientiam reddituum domorum esse licitam.

a. - *Capitulum Generale anni 1802:* « Ha stabilito parimenti il Capitolo che i Coristi non possano andare a fare questua in qualsivoglia luogo, parendo cosa indecente al loro stato e si proibisce ai Superiori di mandarceli »⁶⁹.

b. - *Capitulum Generale anni 1824:* « Al quarto punto, si annuisce a quanto fa istanza il P. Di Paola circa la questua, restando salva l'autorità del P. Rettore Maggiore, che la permetterà attente le circostanze, i bisogni, le miserie, e le urgenze critiche e calamitose di qualche casa particolare, che ad esso ricorre »⁷⁰.

c. - *Constitutiones Capitulares anni 1936:* « Redditus quoque, ad tenorem Regularem et Constitutionum, sufficientes adsint, vel saltem subsit spes bene fundata reddituum, ne Nostri, haud sine Instituti dedecore, mendicare cogantur »⁷¹.

L. - *Iuxta Regulam Pontificiam suffragium Consultorum Superioris Generalis semper est consultivum tantum.* Capitula vero Generalia dederunt interpretationes maximi momenti; statuerunt nempe varios casus, in quibus votum seu suffragium Consultorum Generalium est deliberativum.

1. - *Textus Regulae Pontificiae.* Textus originarius « Constitutionum et Regularum » a Benedicto XIV die 25 februarii 1749 ap-

⁶⁷ Codex Regularum cit., n. VII, p. 9.

⁶⁸ Constitutiones cit., n. IX, p. 41.

⁶⁹ Acta integra Capitulorum cit., n. 499, p. 200.

⁷⁰ Ibid., n. 595, p. 263.

⁷¹ Constitutiones cit., n. 573, p. 317.

probatus: « Avrà il Rettore Maggiore sei consultori a lui dati dal Capitolo, coi quali ciascun mese consulterà gli affari di maggior peso dell'Istituto; quando specialmente si tratti di elezione di rettori locali, visitatori, maestri dei novizi, di erezione di nuove case, o di lasciarne alcuna già fondata, di mandar via dall'Istituto i soggetti già ricevuti, o cose simili. Non sarà già egli di obbligo di stare al parere de' consultori, poiché il loro voto sarà solamente consultivo; ma converrà per altro che per lo più delle volte si conformi alla maggiore, e più sana parte di essi »⁷².

Nota: Textus « Constitutionum et Regularum » post promulgationem CIC revisus et a S. C. Rel. die 25 februarii 1922 denuo approbatus: « Rector Major sex habebit consultores ipsi designatos a Capitulo, quibuscum quolibet mense deliberabit de negotiis majoris momenti Congregationis, praecipue cum agitur de electione superiorum provincialium, rectorum localium, visitatorum, novitiorum magistrorum, de erigendis novis domibus, de dimittenda aliqua iam fundata, de dimittendis ex Instituto subjectis jam admissis, et similibus. Ipse quidem non tenetur stare placito consultorum, cum eorum suffragium sit tantum consultivum; sed caeterum convenit ut plurimum saniori et majori parti eorum accedat »⁷³.

2. - Interpretationes a Capitulis Generalibus enuntiatae:

a. - *Capitulum Generale anni 1785:* Consultores Generales habent suffragia decretoria seu deliberativa, in admittendis postulantibus, qui non sunt subdiaconi, et in receptione dimissorum: « Li 24 detto, dicendo la Regola parte 3, cap. 1, n. 4, § 1 che il ricevere o licenziare i soggetti sia anche di sua incombenza, e che, se i soggetti che cercan d'essere ammessi, siano suddiaconi, questi possono essere ricevuti dal Rettore Maggiore senza nessun voto dei suoi consultori; il Capitolo ha decreto, dispensando, che nella ricezione dei suddiaconi o sacerdoti, sia in obbligo il Superiore Gñle di chiedere per lo meno il voto consultivo degli assistenti. E trattandosi di ricevere gli espulsi professi, di chiedere il voto decisivo dei suddetti assistenti »⁷⁴.

b. - Consultores Generales habent suffragia decretoria seu decisiva, in expulsione alicuius e Congregatione. Ita Capitula Generalia anni 1793⁷⁵ et anni 1802. Citatur ultimus textus ex anno 1802: « Circa la dispensa de' voti e giuramento di Perseveranza ha stabi-

⁷² Codex Regularum cit., n. VII, p. 17.

⁷³ Constitutiones cit., n. VII, pp. 49-50.

⁷⁴ Acta integra Capitulorum cit., n. 128, p. 63.

⁷⁵ Ibid., n. 319, pp. 121-122; n. 375, pp. 143-144; n. 451, 3, p. 180.

lito il Capitolo Gñile, che nel punto di espulsione di qualche Soggetto dalla Congregazione deve il Rettore Maggiore consultarsi con tutti i suoi consultori Gñili capitolamente uniti, e mancando una tale Consulta sarà nullo l'atto della dispensa e dell'espulsione »⁷⁶.

c. - *Consultores Generales* habent suffragia decretoria seu decisiva in convocando Capitulo Generali extraordinario. Ita Capitula Generalia anni 1749⁷⁷ et anni 1855. Citatur ultimus textus ex anno 1855: « Si qua Congregationis necessitas urgeat, Rectori Majori, intra novem annorum spatium, Capitulum convocare licebit, modo consentientem habeat majorem Consultorum suorum partem, inclusu Procuratore Generali. Tum vero suffragium ipsorum decretorium erit »⁷⁸.

d. - *Consultores Generales* habent suffragium decretorium seu decisivum in eligendo novo Consultore Generali⁷⁹. Ita Capitulum Generale anni 1855 statuit n. 830: « Si quis unquam Consultorum desit, in omni casu destinabitur a Rectore Majore et aliis Consultoribus majori suffragiorum numero, cum non solius Rectoris Majoris sit eum destinare »⁸⁰.

e. - *Consultores Generales* habent suffragium decisivum, in eligendo Vicario Generali, inhabili Rectore Majore. Ita Capitula annorum 1785⁸¹ et 1894⁸².

f. - *Consultores Generales* habent suffragium decisivum, in dimissione Consultoris Generalis inhabilis vel indigni ab officio, nec non in acceptatione renuntiationis Consultorum Generalium et Procuratoris Generalis. Ita Capitulum Generale 1894: « Si Rector Major Consultorem Generalem sive Procuratorem Generalem ab officio suo dimittendum existimet, eo quod inhabilem aut indignum se exhibuit, id facere non poterit, nisi cum voto decisivo majoris numeri Consultorum »⁸³. « Si Consultor Generalis aut Procurator Generalis postulent a munere suo liberari, de causis ab ipsis allatis judicabunt Rector

⁷⁶ *Ibid.*, n. 488, p. 198.

⁷⁷ *Ibid.*, n. 13, p. 9.

⁷⁸ *Ibid.*, n. 835, pp. 406-407.

⁷⁹ *Ibid.*, n. 809, 5, p. 397.

⁸⁰ *Ibid.*, n. 830, p. 405.

⁸¹ *Ibid.*, n. 131, pp. 63-64.

⁸² *Ibid.*, n. 1383, p. 677.

⁸³ *Ibid.*, n. 1378, p. 676.

Major eiusque Consultores, et majoritate suffragiorum rem decident »⁸⁴.

g. - Denique Consultores Generales habent suffragium decisivum, in acceptatione novarum fundationum et in derelictione domus jam acceptatae. Ita Capitulum Generale 1817⁸⁵.

h. - *Constitutiones Capitulares anni 1936* enumerant sequentes casus, in quibus suffragium Consultorum est decisivum:

* in casibus a iure designatis⁸⁶;

* in alienandis bonis ac in contrahendis debitibus, si agatur de summa ultra 15000 libellarum⁸⁷;

* in nominando Vicario Generali ex urgentissima causa (extra casum mortis Rectoris Maioris)⁸⁸;

* in acceptatione et suppressione fundationum a Vicario Generali facienda⁸⁹;

* in casu dilationis Capituli Generalis ultra sex menses⁹⁰;

* in casu depositionis alicuius Consultoris vel Procuratoris Generalis⁹¹;

* in acceptatione renuntiationis alicuius Consultoris vel Procuratoris Generalis⁹²;

* pro convocatione Capituli Generalis extraordinarii⁹³.

M. - *Regula Pontificia statuit obligationem ad chorum.*

1. - *Regula Pontificia*. Textus originarius a Benedicto XIV approbatus anno 1749: « In ogni casa dove comodamente si potrà, tutte le Ore Canoniche dovranno recitarsi in coro unitamente con raccolgimento di spirito, senza canto, o toni »⁹⁴.

Nota: Textus Regulæ Pontificiae a S. C. Rel. anno 1922 approbatus: « In omni domo, ubi commode fieri poterit, omnes Horae Canonicae in

⁸⁴ *Ibid.*, n. 1379, p. 676.

⁸⁵ *Ibid.*, nn. 555-556, pp. 237-238.

⁸⁶ *Constitutiones* cit., nn. 666, 668, p. 335.

⁸⁷ *Ibid.*, n. 648, p. 323.

⁸⁸ *Ibid.*, n. 609, pp. 349-350.

⁸⁹ *Ibid.*, n. 700, p. 350.

⁹⁰ *Ibid.*, n. 702, p. 351.

⁹¹ *Ibid.*, n. 794, p. 391.

⁹² *Ibid.*, n. 795, pp. 391-392.

⁹³ *Ibid.*, n. 802, p. 394.

⁹⁴ *Codex Regularum* cit., p. 12.

communi cum spiritus recollectione *absque cantu* et modulatione in choro recitantor »⁹⁵.

2. - *Interpretationes*:

a. - « omnes horae canonicae »: Capitula Generalia interpretationem dederunt: « Feria V et quovis alio die recreationis itemque die Dominica Nostri chori obligatione penitus soluti erunt »⁹⁶.

b. - « *absque cantu* »: Capitula Generalia interpretationem dederunt et enumeraverunt varios dies, in quibus cantus permittitur⁹⁷.

N. - *Regula Pontificia* vetat *quocumque ludo ludere*.

1. - *Regula Pontificia*. Textus originarius a Benedicto XIV approbatus anno 1749: « Non sarà loro permesso l'andare a caccia di qualunque sorta, *giuocare a qualunque giuoco* »⁹⁸.

Nota: Textus Regulae Pontificiae a S. R. Rel. anno 1922 approbatus: « Ipsi non licebit sectari cujuscumque speciei venationem, *quocumque ludo ludere* »⁹⁹.

2. - *Interpretationes*. — *Capitulum Generale anni 1947* vetat solummodo « *ludos proprie dictos* »¹⁰⁰. — *Capitulum Generale anni 1963* tollit *prohibitionem omnino*¹⁰¹.

O. - *Regula Pontificia* prohibet *acceptationem dignitatum et dicit Rectorem Maiorem posse obligare ad acceptationem*.

1. - *Textus Regulae Pontificiae*. Textus originarius a Benedicto XIV anno 1749 approbatus: « In conformità di questo voto si oblicheranno a non pretendere né direttamente né indirettamente *dignità, benefizj, ed offizi di qualunque sorta* fuori della Congregazione; anzi offerti loro, saran tenuti a rifiutarli, e a rinunciarli; purché dal Som-

⁹⁵ *Constitutiones* cit., p. 44.

⁹⁶ *Ibid.*, n. 380, p. 246.

⁹⁷ *Ibid.*, nn. 385-386, pp. 247-248.

⁹⁸ *Codex Regularum* cit., pp. 14-15.

⁹⁹ *Constitutiones* cit., p. 47.

¹⁰⁰ *Acta integra Capituli Generalis XIV Congregationis SS. Redemptoris Romae celebrati anno 1947*, Romae 1948, n. 1655, p. 42.

¹⁰¹ *Acta integra Capituli Generalis XVI* cit., n. 1745, p. 77.

mo Pontefice, o *Rettor Maggiore* non ne venissero obbligati con formal precezzo di ubbidienza »¹⁰².

Nota: Textus Regulae Pontificiae a S. C. Rel. 1922 approbatus: « Conformiter huic voto sese obligabunt ad non praetendendum, sive directe, sive indirecte, *ad cuiuscumque generis dignitates, beneficia et officia extra Congregationem; imo oblata sibi, recusare tenebuntur, iisque renuntiare; nisi forte a Summo Pontifice aut Rectore Maiore ad ea, formali praecepto oboedientiae, obligati fuerint* »¹⁰³.

2. - *Interpretationes:*

a. - In Constitutionibus Capitularibus anni 1936 decernitur Rectorem Maiorem non posse obligare ad acceptationem dignitatum: « Quod ad hunc punctum Regulae attinet... determinatum manet, *Patrem Rectorem Majorem non posse in conscientia obligare aliquem Congregatum ad acceptandum Episcopatum aliasve dignitates aut beneficia aut officia* »¹⁰⁴.

b. - Textus Regulae Pontificiae non explicat, *quales dignitates sodalibus prohibeantur*. Constitutiones Capitulares anni 1936 dant interpretationem largam ad hunc punctum¹⁰⁵.

P. - *Regula Pontificia vetat acceptationem legatorum a sodalibus qui consanguineos pauperes habent.*

1. - *Textus Regulae Pontificiae.* Textus originarius a Benedicto XIV approbatus anno 1749: « La Congregazione però non accetterà mai legati o donazioni da soggetti, che avranno congiunti poveri »¹⁰⁶.

Nota: Textus Regulae Pontificiae a S. C. Rel. anno 1922 approbatus: « Congregatio vero neque donationes neque etiam legata unquam acceptabit a subjectis, qui consanguineos pauperes habeant »¹⁰⁷.

2. - *Interpretationes.* — *Constitutiones Capitulares anni 1936* interpretantur: Agitur de consanguineis usque ad IV gradum, et extendit ad affines: « Quod autem Regula praecepit, Congregationem non acceptare neque donationes neque etiam legata a subjectis, qui

¹⁰² *Codex Regularum* cit., n. VI, pp. 89.

¹⁰³ *Constitutiones* cit., n. VIII, pp. 40-41.

¹⁰⁴ *Ibid.*, n. 247, p. 183.

¹⁰⁵ *Ibid.*, n. 248, p. 183.

¹⁰⁶ *Codex Regularum* cit., n. VIII, p. 9.

¹⁰⁷ *Constitutiones* cit., n. II, p. 39.

consanguineos pauperes habeant, id intelligendum est de consanguineis ad quartum usque gradum inclusum, de Jure Canonico computatum; et etiam de affinibus (exclusa tamen affinitate spirituali) ad quartum usque gradum inclusum »¹⁰⁸.

V. - Ne fiat nimis abundans ista relatio quoad facultatem Capitulorum Generalium Congregationis Sanctissimi Redemptoris authenticæ interpretandi Regulam Pontificiam, ulteriora exempla, quae exstant relate ad votum paupertatis, silentium, lectionem ad mensam, ieiunium in vigiliis B.M.V. atque alia puncta minoris ponderis, praetermittuntur.

Nota: Ut iam initio huius relationis (n. IV) dictum est, minime quippe agi de facultate exorbitante, quum plura alia Instituta religiosa (ibi citata) facultate authenticæ interpretandi Constitutiones polleant. Liceat vero afferre textum e Constitutionibus Carmelitanorum: « Attamen si circa eorum intelligentiam aliquando dubium oriatur, tunc solus Pater Generalis cum suo Consilio dare poterit authenticam interpretationem »¹⁰⁹.

VI. - Capitulum Generale C.SS.R. Romae celebratum anno 1947 sensum et ambitum interpretationum authenticarum circumscripsit tali modo: « Primo postulabatur ut nonnullae discrepantiae quae certe nuntur inter textum Regulæ Benedicti XIV et Constitutiones Capitulares, coaequarentur, non vero per mutationem textus Regulæ sed per commentarium quoddam historicum, juridicum et theologicum, separatum quidem ab ipso libro Regulæ et Constitutionum. In quo commentario explicaretur quare, quando et in quo textus Regulæ fuerit per Constitutiones adaptatus »¹¹⁰.

VII. - Ex allatis exemplis necnon e verbis Capituli Generalis anni 1947 elucet, quali sensu et quali ambitu Capitulis Generalibus Congregationis Sanctissimi Redemptoris licet interpretari Constitutiones (i.e. Regulam Pontificiam).

VIII. - Capitulum Generale XVII (quod initium habuit anno 1967) intendit illud ius consuetudinarium permutare in ius scriptum. Quia de iure consuetudinario plus quam bicentenario constat, hoc non immerito fieri potest. — Hac de causa suffragia lata sunt in prima sessionum periodo Capituli Generalis XVII. Nimirum Capitulum

¹⁰⁸ *Ibid.*, n. 202, p. 160.

¹⁰⁹ *Constitutiones Ordinis Fratrum B.V.M. de Monte Carmelo*, Romae 1930, art. 517.

¹¹⁰ *Acta integra Capituli Generalis XIV* cit., n. 1637, p. 20.

suam mentem aperire atque sic mandare voluit, ut nempe textus praepararetur, qui apte insereretur novis Constitutionibus.

IX. - Appendix:

Ut omnia reddantur, iuvat hic in memoriam vocare privilegium, quod Summus Pontifex Iulius II Magistro Generali Ordinis Praedicatorum die 14 decembris 1509 concessit: « Considerantes quod multa tibi in tanta cura accidere possunt quae Sanctae Sedis auxilium et benignitatem requirunt, illis duximus de Apostolicae Sedis plenitudine succurrendum. Itaque volumus et tibi concedimus, quod si in Constitutionibus Ordinis Praedicatorum, aut circa privilegia, indulta, gratiasque et exemptiones ab ipsa Sancta Sede illi concessa aut concedenda, concessasve aut concedendas, quae etiam, et quas, harum tenore et eiusdem Sedis auctoritate confirmamus, aliqua ambiguitas emerserit, Tu, illam quoad serenitatem illarum conscientiarum, quae Tibi subiectae sunt dumtaxat, possis auctoritate Apostolica declarare[...] Haec tibi praedictae Sedis auctoritate sic concedimus, ut etiam eadem simili auctoritate tuis successoribus indulgamus. Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die 14 decembris 1509, Pontificatus nostri Anno Septimo »¹¹¹. — Quod privilegium vero per communicationem etiam Superiori Generali Congregationis Sanctissimi Redemptoris concessum est.

Quoad communicationem privilegiorum C.SS.R., cfr. *Compendium Privilegiorum Congregationis SS. Redemptoris, recognitum atque iussu et auctoritate Rectoris Maioris iterum editum*, Romae, Sumptibus Domus Generalitiae, 1941, n. 40, p. 40ss; atque *Documenta authentica facultatum et gratiarum spiritualium quas Congregationi SS. Redemptoris S. Sedes concessit sive directe, sive per communicationem cum aliis Institutis in usum Presbyterorum ejusdem Congregationis, ad integrum descripta et in unum collecta*, Ratisbonae, Typis Friderici Pustet, MDCCCCIII, p. 168 *. — Quoad communicationem istius privilegii supra citati, cfr. *Documenta authentica* cit., p. 198 *.

X. - Conclusio:

Sequens praxim bicentenariam in Congregatione Sanctissimi Redemptoris usitatam, Capitulum Generale XVIII (1973) decrevit: Post Const. 111 addatur nova Constitutio, scil. *Const. 111 bis*: « Consilium Generale, collegialiter agens, facultatem habet authentice interpretandi ad tempus (i.e. usque ad proximum Capitulum Generale) Constitutiones, Statuta et praescripta Directoriorum »¹¹².

¹¹¹ *Bullarium Fratrum Praedicatorum*, tom. IV, p. 226 (262).

¹¹² *Acta integra Capituli Generalis XVIII Congregationis SS. Redemptoris Romae celebrati* 1973, Secundum Decretum, II, A (Emendationes Constitutionum) ad 2, p. 92.